Fragmentarium

Fragm. lat. 86

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

videntur esse et honerosi desideran-
tes omnino risum et magis con-
iectantes risum facere quam dicere
decora et non contristare de-
risum conviciatum. Qui au-
tem ipsi utique dicunt aliquid ridi-
culum et dicentibus molesti sunt:
agrioi et duri videntur esse.
Moderate autem ludentes eu-
trapeli appellantur, puta bene
versantes. Moris enim tales
videntur motus esse. Quemadmodum
autem corpora ex motibus iu-
dicantur, ita et mores. Redun-
dante autem risu et pluribus in-
gaudentibus ludo et ipso convi-
ciari magis quam oportet, et bomo-
lochi eutrapeli appellan-
tur et gratiosi. Quoniam autem differunt
et non parum, ex hiis que dicta
sunt manifestum. Medio autem habitui
proprium et epidexiotis est. Epi-
dexii autem est talia dicere
in ludo pre et audire, que
modesto et liberali congruunt.
Est enim quedam decentia ta-
lem dicere in ludo pre et audire.
Et liberalis ludus differt ab
eo qui servilis, et disciplina-
ti et indisciplinati. Vide-
bit autem utique aliquis et ex co-

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 86, 1v – Aristoteles Latinus (Robertus Grosseteste translator?), Ethica Nicomachea (https://fragmentarium.ms/view/page/F-71ep/195/2793)